



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

XLVI. Der Herrenmeister Hermann von Werberg bestätigt die Widmung eines von dem Kloster Dambeck erkauften Zinses zu einer Pitzanz und zur Feier des St. Annen-Festes mit einem Gastmahl im Ordenshause ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

**XLVI.** Der Herrenmeister Hermann von Werberg bestätigt die Widmung eines von dem Kloster Dambeck erkauften Zinses zu einer Pitzanz und zur Feier des St. Annen-Festes mit einem Gasmahl im Ordenshause zu Werben, am 22. Sept. 1351.

Nos frater Hermannus de Werberghe, preceptor generalis per saxoniam, Marchiam, Sclaviam et pomeraniam s. domus hospitalis sancti Joh. Irosol. — maturo consilio ac bona deliberacione prehabitis, vna cum scitu et consensu fratris Adolphi de Sualenberghe, fratris Ottonis de stendal Commendatorum in Nemero et Myro et aliorum fratrum, — censum duorum talentorum brandenariorum, situm in mansis villarum Berghe, Ouerberghe, Thene, Ouerthene, Gysenflaghe et Berendorpe, quem dilecti nobis in cristo frater Hinricus plebanus in Werben cum vna marca, frater Gherardus de Itolpe cum duabus, Mechtildis pageman cum duabus et adelheidis kalen cum quinque marcis compararunt a religiosis dominabus sanctimonialibus in Dambeke cum omni libertate, sicut eum possederant a principibus ab antiquo — assignamus fratribus nostris presentibus et eorum posteris in domo nostra Werben deo seruientibus, tam clericis quam laicis, ad pitanciam temporibus adductus domini et quadragesimali absque contradictione alicuius Magistri seu commendatoris, singulis annis tollendum in festo beati martini, et per duos fratres ad hoc electos in vsum fratrum predictorum nomine pitancie — conuertendum, Excepta decima parte census predicti, quam fr. hinricus plebanus antedictus vendicauit sibi, quem cum additione census triginta denariorum et vnus, quem idem comparauit in hinnenborgh a frederico borren et suis heredibus, ministrari debet fratribus singulis annis ad conuiuium seu lauciozem victum in die beate anne matris marie, que peragitur in crastino beati Jacobi apostoli maioris, vt ipsi fratres cum adiutorio bonorum sociorum litteratorum iam dictum festum eo sollempnius peragant, historiam cum suis lectionibus celebriter decantando. Addecimus eciam si quod ablit aliquis commendatorum succedentium predictum censum pitancie et conuiuio fratrum abstraxerit et si magister querimoniis fratrum hoc precipiens ipsum censum ad vsum supradictum fratribus non conseruauerit, extunc omni cassa contradictione in perpetuum cedat libere ecclesie parochiali sancti Johannis bapt. in Werben idem census. — Datum Werben anno ab inc. dominica Millesimo Tricesimo Quinquagesimo primo, In die sancti Mauricii et sociorum eius martirum thebeorum.

**XLVII.** Ritter Ermbrecht von Rintdorf resignirt den Wilden-Hof zu Neuentkirchen, am 11. Novbr. 1351.

— Ego Ermbertus de rinttorp miles — pure diuine remuneracionis intuitu resignaui omnem pheodum, quod obtinui hucusque a domino meo illustri principe marchione brandenburgenfi super curiam Arnoldi wylden et agrum illi adiacentem in superiori iudicio ville nyenkerke coram magnifico principe domino Ludowico eiusdem marchie Brand. marchione, qui predictam curiam cum suis atiacentiis appropriauit ad altare fundandum, vbicumque discreto viro Martino bodeken cui in Werben et suis heredibus placuerit. — Act. et dat. Anno dom. M°. CCC°. L primo, jn die Martini confessoris et episcopi.